

## 516.

*Die Landgrafen Heinrich und Hermann von Thüringen gestatten dem Deutschenorden gegen ein Darlehn von 300 Mark Silbers den Fischfang im oberen und unteren See zu Weißensee.*

1234 Nov. 6.

- 5 *Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. Das zerbrochene S. Heinrichs, an grünelbrothen Seidenfäden, = Taf. XII. 4. Phot. II. St. A. Gedr.: Wyß, Hess. Urkundenb. 1,45.*

Henricus et Hermannus dei gratia Turingie lantgravii et Saxonie comites palatini omnibus presentem litteram inspecturis in perpetuum. Noverint universi, quod nos pro 10 ccc marcis argenti legalis, quas recepimus mutuo a fratre Henrico de Hoerlo preceptore fratrum domus Teuthonicorum per Alemanniam et eiusdem domus fratribus, obligavimus titulo pignoris superiorem et inferiorem lacus nostros in Wizense fratribus et domui predictae sub hac forma, quod iidem fratres de captura et venditione piscium iam dictam summam ccc marcarum recipiant nec ulli omnino nostro vel cuiuslibet alterius nomine 15 preter ipsorum consensum et expressam voluntatem medio tempore liceat exercere piscationem. Sane si quid ex parte nostra sive nostrorum fratribus memoratis super hiis exequendis prestitum fuerit impedimentum aut aliquid contra formam prescriptam usurpatum a quoquam fuerit aut attemptatum, fideles nostri comes Henricus de Staleberc, Rudolfus pincerna de Varila, Bertous dapifer de Slathem, Fridericus de Driuorden data 20 fide promiserunt, quod denuntiatione a fratribus super hoc recepta a tempore denuntiationis infra viii dies Ysenache intrabunt, inde preter licentiam ante dicti preceptoris non recessuri, nisi infra viii dies ammonitionis premisse ipsis fratribus sufficienter fuerit satisfactum. Ad huius itaque facti noticiam, ne cuiquam revocetur in dubium, presentem paginam super hiis conscriptam nos Henricus nostro, ego vero Hermannus, quia proprium adhuc sigillum 25 non habeo, sigillo patru mei H[einrici] iussimus roborari. Acta sunt hec anno gratie M. ccc. xxxiiii., viii. idus novembris, indictione viii.

(SFR.)

(SD.)

## 517.

*Die Landgrafen Heinrich und Hermann von Thüringen schenken dem Deutschenorden Güter zu Riethgen, Griefstedt, Willstedt, Fischstedt, Günstedt, Mardorf, Werflo und Marburg.*

Homburg, 1234 Nov. 6.

- Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. Das zerbrochene S. Heinrichs, an rothen und gelben Seidenfäden, = Taf. XII. 4. Phot. II. St. A. Das Eingeklammerte im Original unlesbar. Gedr.: Wyß, Hess. Urkundenb. 1,44.*

- 35 :In nomine sancte et individue trinitatis amen.: Henricus et Hermannus dei gratia Thuringie lantgravii, Saxonie comites palatini omnibus presentem litteram inspecturis imperpetuum. Ea, que geruntur in tempore, ne simul elabantur cum tempore, poni solent in linguis testium et fideli memorie litterarum commendari. Notum igitur esse